Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



a b c a

lum ut illos emulamini. Bonum autem emulamini in bono
semper. Non tantum cum presens sum apud uos. Filioli mei quos iterum
patio donec formetur christus in uobis. Dicite mihi qui sub lege esse
uultis. Legem non legistis. Scriptum est quoniam abraham duos fi
lios habuit. unum de ancilla et unum de liberam. Sed qui de ancil
la secundum carnem natus est. qui autem de libera per promissionem. Quae
per allegoriam dicta. Haec enim sunt duo testamenta. unum quidem a
monte sinai in seruitutem generans. quod est agar. Sinai enim mons est in arabia qui conuenit ei quae nunc est hierusalem et seruit cum filiis su
is. Illa autem quae sursum est hierusalem liberam est. quae est mater nostra. Scriptum enim est. Lae
tare sterilis quae non paris. erupe et clama quae non paris quia multi de
serte magis quam eius quae habet uirum. Nos autem fratres secundum isaac p
missionis filii sumus. Sed quomodo tunc qui secundum carnem natus fuerat per
sequebatur eum qui secundum spiritum. ita et nunc. Sed quid dicit scriptura. Eice
ancillam et filium eius. Non enim heres erit filius ancillae cum fi
lio liberae. Itaque fratres non sumus ancillae filii sed liberae. Qua libertate
christus nos liberauit. State et nolite iterum iugo seruitutis continen
ere. Ecce ego paulus dico uobis. quoniam si circumcidamini christus uobis non
proderit. Testificor autem rursum omni homini circumcidenti se. quoniam de
bitor est uniuersae legis adimplendae. Euacuati estis a christo qui
lege iustificamini. a gratia excidistis. Nos autem spiritu ex fide
spem iustitiae expectamus. Nam in christo iesu neque circumcisio
aliquid ualet neque praeputium. sed fides quae per caritatem
operatur bonum. Quis impedit uos ueritati non obedire. Suasio
non est ex eo qui uocat uos. Modicum fermentum totam massam
corrumpit. Confido de uobis in domino iesu quia nihil aliud sa
pietis. Qui autem conturbat uos portabit iudicium quicumque ille est.
Ego autem fratres si circumcisionem adhuc praedico. quid adhuc persecu
tionem patior. Ergo euacuatum est scandalum crucis. Vtinam et
abscidantur qui uos conturbant. Vos enim in libertatem uocati estis
fratres tantum ne libertatem in occasionem carnis detis. sed per dilec
tionem seruite inuicem. Omnis enim lex in uno sermone impleta est. diligis proximum tuum sicut te ipsum. Quod si mordetis et comedetis.
uidete ne ab inuicem consumamini. Dico autem. Spiritu

Velle apud uos esse et mutare uocem meam quoniam confundor in uobis.

fratres!

exclama

fratres! hoc

fratres VI.